

SVMMARIVM.

- 1 In medendo suam capacitatem prætergredi, culpa non vacat.
- 2 Obstetrix non potest quicquam parturientibus, aut gravidis per os præbere.
- 3 Chirurgi, obstetrix, & alii in casibus difficilioribus Physicum convocare tenentur, alias puniendi.
- 4 Syncope quam formidabile symptoma.
- 5 Mors nihil aliud est, quam syncope confirmata.
- 6 Medenti satis est omnia cum ratione facere.

QUOD omnino culpa non vacat in medendo suam capacitatem prætergredi, ut late probatum alias est in *Quæst. Medico-Leg. lib. 6. q. 1. m. 24. ubi quæst. 2. m. 19. & seq. dictum quoque est, semper malitiosam esse prætergressionem eorum, quæ à superiori Artifice præcipiuntur à minori factam, & quæst. 9. m. 11. & seq. determinatum est, Obstetrix omnino esse multandas, cum quicquam per os exhibere audent, quod ampliandum procedere etiam non secuto inde aliquo effectu in præjudicium assumptis, unde tanto magis procedere debet non solum secuto aliquo malo effectu in præjudicium assumptis, sed etiam ipsa morte omnium malorum pessima, ut in casu nostro, in quo manifeste patet ex assumptione medicamenti illius multa adstrictione conspicui, sanguinis fluxum de repente, ac cum violentia fuisse cohibitum, atque inde febrem acutam accensam, unde postmodum præpropere mors secuta. Venit ergo Obstetrix hujuscæ temeritas rigorosè punienda, cum ex ejus temeritate ægra certo certius perierit.*

Secundo, tanto magis multanda videtur hæc obstetrix, quanto promptiori cum audacia medicum convocare neglexit, nam hoc non modo in Obstetricibus habet locum, sed etiam in ipsis Chirurgis, (nisi simul & Physici sint) qui multo magis artem medendi calleat, quam ipsæ obstetrix; ad hoc enim juramento obstringuntur, & eorum licentia in medendo hac cautione limitatur, ut in casibus difficilioribus, in quibus Physici opera requiritur, illum convocare teneantur. Quanto magis ergo ad hoc obligari Obstetrix dicemus, quæ nulla medendi capacitatem, sed temeraria promptitudine dotantur & nulla ratione, sed per accidens omnia exequantur? At hoc quidem multo magis habet locum in casu nostro, non enim hic erat simplex partus, sed per violentiam procuratus, nempe à causa externa, à casu scilicet: & requirebat idcirco Physici, & artificis majoris curam, nam erat morbus complicatus, cum esset abortus, violento sanguinis fluxu conjunctus, & alia ex parte ex casu adesset partium contusio, unde etiam si per necessarium existimaretur sanguinem impetuose fluentem compescere, non minus tamen necessarium erat morbis qui aderant, & qui inde consequi poterant, & partium contusioni prospicere; prohibendi enim erant Tumores, & inflammationes, & corruptiones partium contusarum, & alia id genus: quamobrem non tanti faciendæ erat sanguinis illa evacuatio etiam copiosissima, quia poterat pro remedio, & prohibitione morborum esse, qui timeri in eo affectu poterant, unde non debebat tam de repente, ac tanta cum violentia supprimi, etiam si inde mulier animi deliquium incurreret, subveniri namque poterat aliis ingeniis, aut si sanguis cohibendus erat, placide

& sensim erat cohibendus, ut Medicus fecisset; sed hæc prætergrediebantur Obstetricis capacitatem; unde innata muliercularum audacia manum ad medendum admovit, spreto omni Medicorum consilio, & ægram è medio maxima cum sua culpa sustulit.

Et tanto adhuc magis hæc obstetrix in culpa videtur, quanto satagentibus domesticis puerperæ Medicos convocare, ipsa eorum adventum non expectaverit, sed puerperæ pene invitæ (licet ab aliis mulierculis, & ancillis ad assumendum quod porrigebatur adhortaretur) pulverem illum ex Chermes propinaverit cum ovo crudo & cucurbitulas, quod multo gravius est, mammis applicerit, nam ipsa puerpera, nolebat quicquam absque Medici, cui multam fidem habebat, præsentia, & consensu, assumere; sed adhortante Obstetricæ, & certam inde salutem promittente, tandem assumpsit, & licet ab assumptione vires tantisper recuperaverit, & ipsa eadem falsa sit, pulverem illum sibi sanitatem restituisse, tamen non multo post cognovit & ipsa, & affidentes ex pulvere illo, & applicitis cucurbitulis febrem validam & acutam fuisse constitutam, non nisi post unam, aut alteram horam, purgationibus omnino, ac dicto citius amplius non fluentibus, ex quo puerpera tota horrefcens, ingenti deinceps æstu totum corpus affligi sensit, tanquam si in ignis fornacem, ut illa inculcabat, fuisset projecta; nimirum quia ipse idem sanguis retentus per violentiam calorem præternaturalem concepit, & febrem acutam accendit, unde tandem mors; nam & inflammationem in contusa parte interius concitavit, cui summo remedio erat sanguinis illa etiam violentia excretio, ut dictum est, & ut à posteriori patet, quia repressa illico inflammationem excitavit.

Sed dato etiam, ut ex adverso dicitur, quod liceat Obstetricibus aliqua familiaria medicamenta parturientibus, & cæteris mulieribus per os exhibere, & concessio in hoc nullam intervenisse culpam, applicatio tamen cucurbitularum nimis audacter facta dici debet; & nullo modo liceat eas adhibere, quia non poterat Obstetrix ea comprehendere, quæ in hoc casu aut admittere, aut prohibere cucurbitularum applicationem poterant, cum hoc esset remedium magnum, & extremum & violentum, quo nullo modo, nisi summa urgente necessitate, & magna cum cautela esset prudentissimus, & perspicacissimus Medicus usus esset, timentur enim semper ex subita, ac violenta sanguinis cohibitione, quæ ad amissum in hac puerpera successerunt, hoc est febris acuta, inflammatio interna, & mors, immo etiam mors subita, ac repentina; ergo ad cohibendam cæterarum muliercularum perniciosissimam humano generi audaciam, ex qua indies mille mala, ac gravissima pericula illi impendent, ut illis hæc pro exemplo sit, videtur magno cum rigore puniendæ.

His tamen non obstantibus visum est magis secundum justitiam fore, si cum hac muliere mitius agatur. Primo, quia res erat in incipiti, & indigebat subitaneo ac repentino auxilio, alias si mora ulla intercessisset, & Medicum advocatum expectassent, cum jam puerpera animo liqueretur, & frigidis, ac tenuibus sudoribus, ut moriturus de proximo evenire solet, respergeretur, certe animam exhalasset, quia fortis syncope superveniebat, quæ adeo formidabile symptoma est, ut hominem illico de medio tollat, quia syncope fortis præcedit quamcunque

cunque mortem, & nulla mors accidit nisi superveniente syncope, unde mors nihil aliud est, nisi syncope confirmata, cum sit dissolutio nexus naturæ, ut Aretæus dicebat Acutor. *lib. 2. cap. 3.* quis ergo tam à ratione alienus existat, non permittat in simili casu mulieri jam multæ experientiæ in arte obstetricia aliquid machinari? nam etiam si cum his remediis certo certius perire debuisset, tamen mors per ea retardari poterat, quod satius multo erat, quam de repente mori tum ob corporis, tum ob Animæ salutem, quod enim de repente tunc mortua esset Puerpera satis ostendebant signa, ipsam mortem de proximo futuram attestantia, nimirum animi defectus, virium resolutio, corporis refrigeratio, sudatione tænes, & frigida circa caput, & pallida mortis imago, quæ in dissolutione ipsa animæ à corpore apparent.

Sed tanto magis hæc licuisse dicendum huic obstetrici, quanto remedia, quibus usa est, sunt remedia maxime experta, usualia, ac tuta, nam quoad ipsum Chermes propinatum patet quotidie ipsas Obstetrix passim eo uti, immo etiam absque Obstetricis consilio ipsas prægnantes mulieres ex se illud assumere ad inhibendas menstruas purgationes, quando ex his abortus timetur, & ad ipsum foetum roborandum, ac retinendum, cum ad hoc valde efficacæ sentatur, neque habeat secum qualitatem aliquam, ex qua sinistram quid pertimeri possit, nisi adstrictionem, quæ in similibus casibus est necessaria. Neque Ovum crudum habet ullum in se vitium, innoxium enim omnino est, & datur in hoc casu ad augendam adstrictionem, & incassandum sanguinem fluentem; sed ab eo absque dubio nihil est, quod timeri possit ullum damnum potuisse mulieri emanare.

Remanent tantum cucurbitulæ mammis applicitæ, quæ cum violentia quadam sanguinem ab utero retrahunt, & videtur quidem hoc remedium capacitatem ipsarum Obstetricum superare; quia tamen est remedium in hujusmodi casibus approbatum, & ab Hippocr. ipso canonizatum *Aphor. 50. section. 5.*

CONSILIVM XXV,
ARGUMENTVM.

Nicolaus Copernis à cæna cum sorore propria celebrata, cum affluenter comidisset & bibisset, in profundum somnum, & stertorem lapsus est, à quo nec ab adsstantibus, nec à quoquam ullo ingenio excitari potuit, quousque post horam à cæna vigesimam quartam, à somno excitatus quidem est, sed nec ad rem loquebatur, nec quemquam familiarium cognoscebat, admodum impotens tum videbatur, non tamen ullo membro remanserat impeditus: ad mentem tamen nunquam rediit, sed vix anno transacto Apoplecticus perierat. Irepererat apud Fiscum suspicio venenationis, quæ maxime cadebat in præmortui Nicolai sororem Luciam nomine, quæ marito jam à nonnullis annis orbata cum fratre convivebat. Prætebatur ergo à Fisco illam venenum soporiferum in medicato vino fratri porrexisset, ut tutius de nocte cum Amasio commorari posset. De ejus autem invincibilitate Fiscus erat persuasus, unde ex hoc contendebat, Nicolaum ex medicamenti venenati violentia primo in somnum, ac dehinc in fatuitatem lapsum, ac denique vitam obiisse. Pro veritate ergo interrogatus in eam sententiam veni, Nicolaum ex Ebrietate in soporiferum affectum, & inde in Apoplexiam cecidisse, & ab hæc recollectus in fatuitatem, ac tandem in Apoplexiam relapsam è medio sublatum, neque verisimile esse, ex vi soporiferi aut venenati medicamenti perisse.

SVMMARIVM.

- 1 Bona valetudo, absque ulla errata in victu facit presumptionem veneni administrati in eo, qui potionatus praesentitur.
- 2 Soporifera medicamenta, cum valida sunt, hominem insaniunt, aut in Apoplexiam precipitant. declarata num. 14.
- 3 Vapores quidam Apoplexiam concitant.
- 4 Crapula post tres dies dissolvi ad summum solet.
- 5 Ebriosis incurritur morbus frigidus.
- 6 Vinum per se calefacit.
- 7 Apoplexia terminatur semper in Paralysem, & num. 15. falsum num. 16.
- 8 Somni innati vales semper sunt conjuncti cum febre, aut saltem in plurimum.
- 9 Ebriosis sunt qui frequenter inebriantur.
- 10 Vinum diversos effectus producit in Temulentis.
- 11 Venena omnia sunt sapore, & odore horribili & abominabili.
- 12 Habitus Athletarum periculosus tunc est, cum ad summum bonitatis pervenerit.
- 13 Ex immodico vini potu Apoplexia interdum excitatur, aut alius similis nervorum affectus.
- 17 Apoplexia aliquando terminatur in fatuitatem absque paralyse exteriori membrorum.

Pro contraria tamen sententia multa faciebant indicia ab ipso Fisco in medium adducta, quae ad nos examinare non spectat. Vnum tantummodo maximi momenti adducebatur, eratque quod alias idem Nicolaus ab ipsa fore soporifero medicamento potionatus fuerat, ut ipsemet narrauerat, licet medicamentum suum effectum non esset sortitum, quia Nicolaus persenserat in vino si inter cenandum oblata nescio quem saporem minime gratum, ex quo in suspicionem veniens minus quam consueverat in ea caena bibit, cum tamen effingeret se valde esse ad somnum proclivem. Vigilans itaque impedimento fuerat Luciae, ne Amasium ea nocte in domum admitteret. dolore vero capitis gravi ea nocte molestatus est, ac tota sequenti die. Quae omnia licet non essent undequaque, ac integre probata, erant tamen magna ex parte ipsi Fisco comperta: cum duo testes deponerent de exhibitione somniferi, licet discordes essent de tempore, alii vero duo deponebant de Luciae requisitione ad inveniendum nonnulla simplicia medicamenta & praecipue radicem Mandragorae, quorum alter dicebat, Luciam ea voluisse uti ad capillorum ornatum, alter vero (qui tamen multas exceptiones patiebatur) asseritve deponerat, Luciam ea voluisse uti cum vino, ut Nicolaum soporaret.

Quae quidem multum urgebant, ac praeterea videbatur, morbum, & fatuitatem Nicolai non posse in alium errorem rejici, sed tantum in veneni assumptionem, cum constaret Nicolaum & optima valetudine frui, neque erratum ullum in victu admittente, & tamen illico a caena in accidentia praenarrata fuisse lapsum, quae praesumptio quemadmodum excludit venenum ingenitum, ita multum facit ad probandum hominem fuisse veneno administrato sublatum, ut alias ex Galeno non semel dictum est; & ratio est, quia culpa supervenientis morbi, ac praecipue morbi magni, non potest rejici in corporis impuritatem, ubi constat agrum bona valetudine frui, neque in errorem commissum in ra-

tione victus, ubi patet illum nullum in ea admittente errorem, nam non potest dici morbum supervenisse ex crapula, quia constabat Nicolaum in ea caena cibis mali succi non fuisse usum, sed optimis, nec ultra sobrietatem comedisse: nam comederat Actetarium ex cicorea, ferculum ex Vitulina carne cum agresta, & parum ejusdem vitulinae carnis assae, & nescio quam carnem, ut dicunt, in partevio frigidam, caseum, & fructus quosdam hortarios, & ante omnia Melopepones, qui quidem cibi omnes, ac singuli nec mali succi sunt, & alias erant ipsi Nicolaus familiarissimi, unde non erant apti morbum illum soporiferum, ac tantopere nocentem, ut hominem dementarent, ac tandem occideret, excitare, quamobrem reliquum est, ut ille ex propinato veneno morbum contraxerit, quod fuit somniferum potens, ac validum, quod vaporibus crassis, ac frigidis ab eo elevatis poterit hominem ad extremam perniciem inducere, nempe in fatuitatem, ac dehinc in Apoplexiam, & tandem in mortem, quod maxime familiare est medicamentis quibusdam soporiferis, ut Solano Meniaco, Mandragorae, alisque de quibus affluenter praer omnibus Ardoia, lib. 3. de venen. cap. 16. & seq. praesertim cum in copia, & frequenter assumuntur, ut notum est vel ipsi imperitissimo vulgo, extinguunt enim vel congelant animales spiritus, & sanguinem, ut pluries de Mandragora signanter (qua constat Luciam fuisse cum aliis usam in potionando Nicolao ejus fratre) testatus est Galen, lib. 5. de simpl. med. fac. cap. 14. ubi & de aliis somniferis idem profert; & lib. 8. de comp. med. sec. loc. cap. 3. ubi talia medicamenta ad immedicabilem, ac deploratam frigiditatem hominem inducere docet, ex qua postmodum perpetua fatuitas.

Sed quid mirum hoc, cum notum praeterea sit ipsos vapores quarundam rerum vel data opera, vel ex negligentia inter respirandum admissos in cerebrum, & spirituales partes Apoplexiam concitare? sic videmus fumum Carbonum, calcis evaporationem, Thermarum quarundam exhalationem, immo etiam vini, & Cerevisiae fumositates Apoplecticos homines facere. quanto magis ergo vapores crassi & venenosi, à forti medicamento somnifero deleterio & Naturae inimico, poterunt idem efficere, & calorem, & spiritus extinguere? & quod hoc veritatem certiore habeat, indicio sit, quod à similibus medicamentis potioniati faciem pallidiorum habent, ac lividam, & caput maxime grave, contra quam eveniat in Ebriis ex vino, quippe qui quando in soporem incidunt, facie potius rubent, ob ipsius vini spiritus ipsam caput calefacientes; unde tanto magis firmandum, Nicolaum potius ex propinato somnifero deleterio, quam ex ebrietate agrotasse, & tandem obiisse, quanto evidentius apparuit in ipsomet sopore faciem illum habuisse subpallidam ad livorem tendentem, ita ut postquam à sopore expergefactus est, eundem faciei colorem ac livorem retinuerit, non ad aliquos tantum dies, sed ad mortem usque, quod quidem non accidisset ex nocimento vini, cum post tres dies ad summum omnis crapula solvatur, evanescente ipsa vini virtute, ut Galen. in comm. lib. 5. Aphor. 5. & Holler. & alii testantur.

Et ex abundanti etiam consideremus, Nicolaum ex nimio vini potu in soporem illum incidisse, tamen non verisimile est ab ejus vi fatuitatem potuisse incurtere post ebrietatem, quia hoc rationi & exper-

& experientiae est omnino contrarium. Rationi, quia non est possibile à vini calore induci affectum frigidissimum, qualis est fatuitas; licet enim ebriosis ex vini vitio incurrant saepissime, immo semper ob frequentatam ebrietatem, frigidos morbos, ut Apoplexiam, Epilepsiam, Memoriae jaeturam, Tremorem, Paralysem, Podagram, immo etiam Hydropeum, atque ipsissimam fatuitatem, ut DD. admodum, Gal. in lib. de caus. morb. c. 3. Avic. p. 3. tract. 2. c. 8. unde ejus rei causam quaerit Arist. section. 3. problem. 5. tamen hoc non habet locum in his, qui non frequenter, sed de raro admodum inebriantur, ex unica enim, & non frequentata potatione, potius calidi morbi producantur, ut febres, deliria, Pulmonis Erysipilata, & id genus alii. Hipp. de morb. lib. 2. sect. 3. num. 53. notissimumque est vinum per se ipsum calefacere, & ebrium hominem seipso calidiorem evadere, quis est qui nesciat? Per accidens vero fit, ut vini copiosa potatio iterata & frequentata ad ebrietatem usque, frigidus procreet affectus, resolvendo excedenti suo calore spiritus meliores, animales praesertim, unde maxime morbos accerit nervis contrarios. Itaque ex unica ebrietate frigidum morbum tam insignem procreari posse, contra rationem & rectum discursum omnino est. Sed & huic rationi suffragatur experientia, cum indies videamus eos, qui calidi ac de raro inebriantur, calidiores evadere, febre praehendi, coloratioris & laetiores fieri, aut iracundiores, sudore multo perfundi, & id genus alia incurtere, non vero evadere frigidiores, neque ex hoc frigidis morbis tentari. Cum ergo Nicolaus non esset alias ebrietati deditus, & unica illa vice, qua inebriatus dicitur (gravis etiam concessio quod vere fuerit inebriatus) in fatuitatem lapsus sit, & tamen nullum signum caloris in ipso apparuerit, certum non erit verum, illum ab ebrietate, seu potius à sola vini virtute in fatuitatem fuisse precipitatum, sed fatendum est, illum à medicamento narcotico ac frigido, & venenoso, & potenti soporifero in eum morbum incidisse, cum effectus secuti magis proportionati sint narcotico huic veneno, quam vino proportionati; nam dato etiam, quod vinum aliquid in hoc praestiterit, tamen ab effectu dicendum est, vim medicamenti exuperasse vini potentiam, unde secuta fuit fatuitas, non autem ebrietas, ob introductum insignem ipsius cerebri refrigerationem ab illo narcotico, non potente vini etiam usque ad ebrietatem ebibiti virtute vim medicamenti, non exuperare inquam, sed ne temperare quidem, aut infringere, quod majorem in modum commoustrat, quam violentum, ac validum illud somniferum fuerit. Nec mirum, quia Lucia alias experta benigniora medicamenta somnum inducentia, & optato sine frustrata, deluit rationabiliter, cum nimio amoris desiderio glisceret, ad potentissima confugere, ex quibus plus quam desiderabat, obtinuit, quamquam forte praesumentum est, illam medicamentum hujusmodi narcoticum tam violentum, non tantum ad somnum inducendum, quam ad hominem dementandum propinasse, ut perpetuo absque fratris respectu suae libidini satisfacere posset, ad hunc enim finem omnia illa dirigebat, ut satis superque Fisco est competum.

Ac denique somnus ille innaturalis, quo praehensus Nicolaus est, non fuisse ex vini virtute, palam est, quia excessit limites hujusmodi somni, crapula enim ex vino, licet superius ad tres dies eam perdurare sit dictum, tamen non nisi octo, aut decem horis per-

severat, aut ad summum duodecim, quia superatur ab ipso calore nativo concoquente. Neque fuit Apoplexia, quia Apoplexia terminatur semper in Paralysem; at morbus hic non est terminatus in Paralysem, ergo non fuit Apoplexia. Quod autem Apoplexia in Paralysem praeter testimonium quotidianae experientiae, attestantur Medici omnes nullo excepto. Gal. lib. 2. de loc. aff. cap. 2. Paul. lib. 3. cap. 18. Act. lib. 6. cap. 27. Avic. p. 3. tract. 5. cap. 12. & alii, restat ergo, ut fuerit somnus innaturalis ex vi medicamenti, ob cujus violentiam Nicolaus lapsus in fatuitatem fuerit: nam caeteri somni innaturalis sunt semper cum febre conjuncti, ut Lethargus, Cario, Catalepsis, & similes, ut apud Praedicos cuilibet constare potest, & durant etiam ad plures dies.

Verum enim vero his non obstantibus, existimavi Nicolaum ex Ebrietate in Apoplexiam lapsum, & ex Apoplexia in fatuitatem, primo, quia non controvertitur in ea caena Nicolaum multum comedisse, ac plusquam multum bibisse, ac peculiariter exhaussisse vas unum, quod stacum nominant, vini Montis Politiani rubri, ac pene aliud tantum Moscattelli praeter cyathos nonnullos Domestici Albani, & cum ex potatione laetior factus esset, forem pluries ad bibendum provocasse, ea tamen semper nimiam potationem redargente, ac admonente, ne tantopere biberet, ut quatuor Testes examinati unanimiter deponant, quod quidem valde contrarium est ipsius Fisci persuasioni, cum si in animo habuisset Lucia, ut frater per potum illum profundo somno prehenderetur, & tota nocte dormisceret, neque ullo modo expergisceret, debeat potius illum hortari, & incitare ad bibendum, quam eum à bibendo dissuadere.

Secundo, quia Nicolaus laedebatur aliquando à nimio vini potu, & ex ea non semel in ebrietatem erat lapsus, ut probatur per idoneos testes; nam licet non esset verè ebriosus (quia ebriosus dicitur, non qui ebrius est, sed proprie qui frequenter inebriatur, ut alias dictum est) tamen ubi inter comedendum aliquando cum amicis provocaretur ad bibendum, superari se non facile patiebatur, itaque bibeat ad ebrietatem usque, constatque in processu rer, vel quater ad minus spatio duorum annorum illum ebrium extitisse, quod ne ipse quidem Fiscus controvertere potest. Neque valet contra hoc, quod, concessio etiam, quod alias ebrius fuerit, tamen hac ultima vice non fuerit, sed omnino portionatus, itaque quod diversi omnino effectus alias in illo sint conspecti pullulasse ab ebrietate, quam nunc. Tunc enim dicitur, illum inordinato gaudio, ac praeter modum fuisse perfulum, faciemque rubicundiorum habuisse, mulrumque, & absque ulla continentia etiam praesente propria sorore dicenda, tacenda locutum, dolore capitis praeterea die sequenti tentatum, plurimum vomuisse, & alia his similia, nunc autem sopore tantum praehensus ab eo ne recollecti quidem se, nisi transactis viginti quatuor horis, multo pallore vultus illi perfulus fuit, motus postmodum impotentiam habuisse, ac demum fatum permansisse. Non est ergo verisimile ex ebrietate simpliciter tam diversos nunc effectus ab his; qui alias apparuerunt, illum incurrisse, maxime cum adhuc esset juvenis, non enim pertransibat annum octavum supra trigessimum. Non valet, inquam, haec, nam respondetur vinum diversos effectus producere in temulentis, pro diversitate constitutionis corporis.

qui quidem aliquando non solum in diversis naturis sunt sibi contrarii, sed etiam in iisdem, quod longioribus docet Arist. *problem. sect. 1. mm. 30.* & Andr. Baccius *lib. 9. de virg. hist. cap. 18.* Itaque ubi vinum offendat corpus bile repletum, hominem efficit iracundum, clamorifum, atque audacem; si sanguine referentur offendat, misericordem, benignum, lætum, atque amori promptum; si melancholia, taciturnum, maxillam, lachrimabundum; si pituita, somnolentam, desidem, pigrum, otiosum, & hoc quidem maxime pro majori, aut minori eorumdem humorum abundantia in capite, & cerebro; cum vinum eos humores insigniter agitet; unde cum notum sit, Nicolaum jam à multis diebus ante præternatam cænam passum fuisse quamdam capitis gravitatem, seu dolorem quemdam gravitatem (nam & ipsemet inter cænamque per jocum dixerat, velle se in ea cæna copiosa potatione capitis dolori mederi) qui dolor à multa pituita, ac frigido humore originem ducebat, non mirum est, si multo vino inebriatus humor ille commotus cerebri ventriculos obstruere omnino potuerit, & hominem in Apoplexiam impellere; hæc enim causa fuit, cur effectus violentæ ebrietatis diversimodum fuerint ab effectibus; quos alia ebrietates in Nicolao concitaverant.

Tertio, quia ubi vinum, quo inebriatus est Nicolaus, fuisse medicatum, ac venenatum, tantum abfuisse, ut tam avidè illud ingurgitasset, ut potius contra eo omnino abstinuisse, ut alias, licet falso, præsumitur fecisse ob saporem à medicamento in ipso vino introductum; neque enim fieri potest, ut venenosa medicamenta, quantumvis aliis simplicibus affocentur, ut eorum odor & sapor occultetur, cæleri possint, quia præterquam quod omnia sunt odore, & sapore horribili, ut ex plurium Doctorum testimonio dixi alias *lib. 2. Questio. Medico-Leg. tit. 2. quest. 7. mm. 8.* ipsam Naturam inter asilumendum eorum abominatorem absque sapore & odore persentit, & assumere renuit, ac displicentia, & nausea, & vomitu illa, si assumpta sunt, conante à se expellere; ita ut nec verisimile, nec possibile sit, Nicolaum tot cyathos vini ingurgitasse summa cum delectatione absque eo quod ne minimo quidem signo illius displicentiam demonstraverit: sed forte dici ab Adversariis posset non fuisse univèrsim vinum medicamento alteratum, sed tantum ejus partem, verum hoc etiam concessio, tamen cum unius vas, seu cœphori vinum totum fuerit medicamento somnifero alteratum, nunquam Nicolaus tam avidè, & cum tanta delectatione totum illud vinum hausisset absque eo, quod ne minimo quidem signo extranei alicujus saporis, aut odoris intuentibus daret, Quibus addendum, quod Lucia de utroque etiam vale biberit ab ipso Nicolao invitata, nam de vino albo Muscatello dicto deponunt duo Testes, de vino vero rubro Montis Politiani deponit unus quidem tantum Testis, sed ambo concordēs sunt in hoc, quod Lucia à Nicolao invitata ad bibendum de vino rubro illo, bibere recusaverit, cum diceret se adhuc non sitire; Testis tamen ille, qui deponit de provocacione Nicolai, & de recusacione Lucie, dicit dehinc: quod absente alio Teste, Lucia iterum à Nicolao provocata de vino rubro cyathum biberit. Neque valet dicere, quod Lucia illud multa aqua temperaverit, & sic medicamenti efficaciam effugerit, quia cum medicamento supponatur fuisse potentissimum, etiam si

Luciam non sporasset, ut Nicolaum, tamen aliquem effectum in illa produxisset, aut saltem aliquo modo somnolentam reddidisset; sed quis dicit, illam, quæ fœmia erat, & ob id valde timida, non inquam gustandi, sed vel odorandi vinum illud venenatum, voluisse tamen ex eo integrum cyathum haurire? saltem timere debuit ne & ipsa somno capta, Amasium postmodum in domum introducere non posset, aut etiam si introduxisset, non posset cum illo se delectare, ad quem tamen effectum ad se illum introduxisset præsumitur. Ac denique patet, quod, etiam si somniferum cum eo vino fuisse Nicolaum propinatam, fuerit tamen omnino ejus potentia à vini virtute refracta, & sic non potuerit suos effectus prodere, præsertim cum vinum illud fuerit quantitate multum, & qualitate potens, unde cum somnifera omnia frigida sunt, facile à vini caliditate edomantur.

Et ad ea, quæ in contrarium opponuntur facilis est responsio, nam Testes deponentes de alia exhibitione somniferi per forem Nicolao facta, deponunt tantum de Auditu ab ipso Nicolao, qui inter comessandum cum illis (ac forte tunc etiam pluculum biberat) jactabat se alias à fore fuisse vino medicato potionatum, quamquam hoc assertive non affirmaret, sed dicebat tantum, quod, cum suspicaretur forem in quadam cæna velle sibi porrigere vinum somniferum ad eum fallèdum, ipse sibi optime cavir, quod, ut erat homo vanissimè ingenii, & ignorantis quid hoc importaret, dicebat ad ostentandam propriam prudentiam. Sed hæc suspicio in tam crasse Minervæ homine potuit esse vana, & quod de sapore in vino percepto jactabat, potuit esse quid imaginarium, cum nihil tale in vino vere adesset, vel esse aliquid à vasis vitio proveniens; nam & eodem tempore ipse Nicolaus conquereretur, quod vinum domi haberet non proflus boni odoris, & saporis ex eo, quod vas, in quo asservabatur, situm contraxerat, nec à famulis fuerat, ut debebat, curatum de illo mutando, ut deponunt duo Testes pro parte Lucie examinati: quod vero post illam noctem Nicolaus capite male haberet, non debet, nec potest de necessitate, ad ebibitum vinum medicatum referri, quia constat illum ob extraneum saporem; quem in vino percipiebat, ab eo abstinuisse. Ergo aliqua alia ex causa capite doluit, & forte ex nimia vigilia, quia cum plurimum satagere invigilare, ne Lucia ea nocte Amatorem in domum admitteret, nullatenus dormivit, unde facile fieri potuit, ut inde in eum dolorem laboreretur.

Quæ vero subdunt adversarii, quod Nicolaus bene se haberet, & immediate post illam cænam in morbum lapsus sit, nihil omnino facit in hoc casu, quia nec novum, nec infrequens est, homines robustissimos, & Athleticè se habentes de repente & ex improviso fieri Apoplecticos; idcirco enim suspensus est apud Hippocr. *lib. 1. Aphor. 3.* habitus Athleticorum cum ad summam bonitatis attingit, eademque de causa Celsus *lib. 2. sive Med. cap. 2.* illud affirmavit, si plenior aliquis, & speciosior, & coloratior factus est, suspecta bona sua habere debet, unde nihil relevat, quod Nicolaus optime se haberet, & tamen de repente in Apoplexiam sit lapsus; suspicio enim administrati veneni tunc militat, quando homo se optime habet, & ab assumpto aliquo cibo de repente labitur in pessima accidentia veneno familiaria; sed accidentia, quæ supervenerunt Nicolao, non fuerunt accidentia veneno familiaria,

liaria, sed fuerunt accidentia provenientia ex capitis multa repletione, & prægressæ crapulæ proportionata, præterquam quod verum non est, quod Nicolaus bene valeret, quia, ut constat, & superius etiam dictum est, jam à multis diebus habebat caput valde gravatum, & multa pituita oppletum, unde facile fuit, Pituitam à nimia vini copia commotam cerebri ventriculos obstruere, & Apoplexiam concitare, licet & absque hac dispositione, & solum ex immo dico vini potu Apoplexia aliquando & repentina mors exciteretur Galen. *l. 3. de Temp. & ex Hippocr. sent. lib. 5. Aphor. 5. Bacc. lib. 3. de vin. hist. cap. 17.* Ab Apoplexia autem, nisi occidat, solet plerumque fatuitas vel perpetua, ut in Nicolao, vel ad tempus, ut in aliis succedere, quamobrem cum morbus, & ejus accidentia proportionata sint errori in victus ratione patrato, & causis antecedentibus, non est rejicienda culpa eventus morbi in somniferum, præsertim cum de erratis in victu omnino concludenter constet, de somnifero vero nihil certi habeatur.

Unde neque ad rem faciunt, quæ ex Medicis adducuntur circa virtutem quorundam somniferorum, quæ tamen etiam usurpata, ut præterditur, non potuissent unica vice tantam concitare fatuitatem, & Apoplexiam; nam Medici loquuntur de frequenti usu talium somniferorum, alias enim videmus ipsum Opium, quod est omnium somniferorum potentissimum, assuenter usurpatum à Mauritanis præsertim, ut testatur Garzias ab Hort. *lib. 1. hist. Aram. cap. 17.* neque interimere, neque fatuos homines reddere, sed eos tantum dormitabundos efficere; quin etiam Solanum Maniacum teste Dioscorid. de re Med. *lib. 4. cap. 69.* ad duarum drammarum pondus haustum (de ejus radice loquitur) ad tres tantum dies mentis alienationem asfert, quemadmodum & alia multa, nec facile inventu est tale venenum, quod de facto hominem dementare possit. Itaque Apoplexiam potius ex ebrietate excitata, quam somniferi cujusdam virtuti, Nicolai fatuitas est attribuenta.

Quod additur de signis attestantibus, potius somniferi assumptionem, quam ebrietatem in Nicolao, inane omnino est, quia, quæ dicuntur, haberent quidem locum, ubi Nicolaus ex Ebrietate in soporem lapsus est, tunc enim forte & faciei rubor, & alia apparuissent ebrietatem attestantia, sed Nicolaus ex ebrietate incidit in Apoplexiam, ex qua opprimi animales spiritus, & calorem capitis ipsius & cerebri suffocari quis non novit? non mirum ergo, si facie appareret subpallida, ad livorem declinante, ob spirituum & caloris extinctionem, & quod

etiam, postquam ad sese rediisset, eundem pallorem retinuerit, impossibile quippe erat post fortem Apoplexiam non remanere gravissima quædam accidentia, ipsius prægressi morbi fortitudinem attestantia, ut semper in quacunque Apoplexia fieri consuevit, à qua relinqui semper membrorum torporem, & Paralyfim etiam dictum est, & notum, & in confesso est apud omnes.

Neque aliter respondendum sequenti objectioni, in qua dicitur, non esse verisimile ab Ebrietate potuisse relinqui ebrietatem, cum vinum mirum in modum calefaciat, non refrigeret, fatuitas autem à multa frigiditate originem trahat; quia hoc gratis concessio verificaretur, quando immedie ab Ebrietate secuta esset fatuitas, sed non quando ab Ebrietate prius concitata est Apoplexia, ac deinde ab Apoplexia fatuitas, quia Apoplexia suffocando, ut dictum est, & extinguendo calorem, à spiritibus, relinquit intensam frigiditatem in cerebro, ex qua provenit deinceps fatuitas.

Ad id quod opponitur, quod soporille, quo prehensus est Nicolaus non fuerit, nec esse poterit ex vino, conceditur, nam vere fuit ex Apoplexia, neque valet dicere, quod hic morbus non potuit esse Apoplexia, quia terminatus esset in Paralyfim, ut solet semper terminari, quia præterquam quod hoc non est perpetuæ veritatis, eventus etiam interdum, ut Apoplexia terminetur ad nervos interiores ipsius capitis, vel quod materia fatuens Apoplexiam ad cerebri corpus transmitatur, unde postmodum frigiditas intensa emanat, ex qua aut memoriæ perditio, aut fatuitas generatur, ut in casu nostro, cui similes historias apud scriptores adnotare licet, & signanter que narratur de Messala Corvino, de Francisco Barbaro, de Georgio Trapezuntio, de Litoftene, & de aliis, de quibus vide Schenc. *lib. 1. Observat. var. tit. de Apoplexia.* Itaque etiam si velimus impossibile esse Apoplexiam terminari sine ulla partium Paralyfi, tamen dicendum, in hac Apoplexia factam esse læsionem, & quidem insignem ipsius cerebri, ex qua fatuitas est generata. Ex quibus concludendum pro veritate videtur, Nicolai fatuitatem à prægressa Apoplexia originem duxisse, non ab aliquo somnifero, vel venenoso medicamento violento, & ex hac postmodum in Apoplexiam relapsum obuisse. quamobrem videtur Lucia in hac re esse extra omnem culpam, nec potest tormentis subjici ad ulteriorem veritatem ex illa eruendam, quia indicia urgentia nullo modo suspicionem faciunt, quod Nicolaus potionatus fuerit, sed concludenter ostendunt, illum ex Ebrietate in Apoplexiam cecidisse.

Inita societate Scutorum trecentorum inter D. Constantium Constantinum, & D. Vincentium Bardum super periculo vitæ D. Annæ prædicti Constantii Filie, quæ non multis antea mensibus fuerat desponsata, suspicari cepit prædicta Anna, se utero gerere, cum jam per duos menses parce admodum purgaretur, & appetentiam haberet dejectam, & è contra extranea quædam appeteret, aliaque signa notaret, quæ illam in utero habere demonstrare poterant. Inter hæc Febre maligna corripuit, ex cuius malitia interit, de ejus graviditate nihil aliud certi relinquens. Præterdebat Vincentius esse factum locum lucro, contra volentem Constantio pecunias in societatem datas non

esse amiffas, cum illa ex graviditate obiiffet, ex quo factus effer locus exceptioni. Quæ fierunt à me ipfi principales (qui ob arctæ amicitia vinculum, quo detinebantur, recufabant licet inter fe habere) quid pro veritate fentiendum effer, promittebat enim eorum uterque meæ omnino a fferenti fcare.

S V M M A R I V M.

- 1 Graviditatis posteriora figna.
- 2 Mafculi fetus figna.
- 3 Prægnantia certo cognofci non potef.
- 4 Signa demonftrantia mulierem fufpectam graviditatis, utero non gerere.
- 5 Signa prægnantia etiam ex fimplici menftrorum defectu apparere folent.
- 6 Aliqua femina etiam fi utero gerant primis menfibus purgantur.
- 7 Pluris faciendum ejus dictum, qui magis rationabilis profert.
- 8 In curandis gravidis non licet eas negligere, ut fetus falvetur.
- 9 Motus in utero efi magnum conceptionis fignum.
- 10 Motus Embryonis quomodo differat à motu ab alia cauffa excitato.
- 11 Prægnantia infallibiliter cognofci non potef in omnibus.
- 12 Gravidæ aliquando pro non gravidis, & non gravidæ pro gravidis exiftimantur.
- 13 Non fufficit ut prægnantia fit cauffa mediata mortis ad hoc, ut pecunia in focietatem data non amittatur.
- 14 Non fufficit, ut prægnantia impediatur, ne remedia adhiberi poffint ad hoc ut pecunia in focietatem data fuper periculo vitæ ipfius prægnantis, non amittatur.

Conſiderabam ergo primo cafum pro parte Conſtantii, pro quo apparebat cujuſdam Medici fides afferentis Annam vere utero geſtaſſe, & à ſe ut talem fuiſſe tractatam. Neq; videbatur ab re Medici eam fidem feciſſe, quia multa apparebant figna, & potiora graviditatis in ipſa Anna, ut erat Menſtruum defectus jam per duos meſes, qui in juvenula alias recte purgari ſolita, faciebat non ſolum ſuſpicionem, ſed quaſi certitudinem gravidationis: Juvenes enim ſanguine abundant, & idcirco facile ab illo repurgantur per menſtra cum utero non gerunt, nec alia ex cauffa, niſi ex graviditate plerumque ea purgatio iis retinetur, Adnotaverat inſuper Medicus non modo inappotentiam, quæ D. Annæ ſupervenerat, olcitations frequentes, & membrorum laſcitudinem, & alia magis probabilia graviditatis figna, ſed etiam mutatum faciei colorem, & papillarum nigritiem, ipſarumque ſitum ſurſum vergentium, & urinam ex qua maxime ſe cognofcere dicebat mulieres gravidas, & alia quædam leviffima, indigna proliſ quod à perito Medico in ullo cenſu habeantur, cum magis potius ſint ad mulierculas fallendas inventæ. Sed multum ſe fundabat Medicus præter urinam in motu percepto in ipſo ventre maxime de mane muliere jejuna exiſtente, licet neque ipſa Anna ſciret talem motum adnotare, ſed diceret ſemper interrogata, quod videbatur quidem ſibi neſcio quid ſentire, ſed ignoraret explicare quidnam vere effer; & tamen Medicus affererat ſe talem motum in utero mulieris non ſemel obſervafſe. Quin etiam ulterius ad majorem fidem ſibi adſcendendam, inculcabat eun-

dem motum multo vehementiorem à ſe obſervatum in ipſa mulieris infirmitate, & præcipue in ipſarum febrim acceſſionibus, quem motum fuiſſe vere Embryonis non dubitabat, unde non ſolum profitebatur in prælegata fide, Annam utero geſtaſſe, ſed geſtaſſe mafculum huic motui validiori, & papillis denigratis, ac ſurſum vergentibus, & motui magis à dextris, quam à finiftris confpicio confuſus; ex quibus nullum in ea re dubium intercedere poſſe firmavit, ut in eadem fide profitebatur. Quæ omnia cum viderentur ab optimis Medicis comprobari abſque dubio multum afficiebant.

Accedebat quod Anna ab omnibus vicinis mulieribus pro grvida habebatur, aderantque Teſtes ad hoc examinati, qui deponebant, illam pro grvida ab omnibus fuiſſe habitam; quin immo mulieres nonnullæ quæ audierant, Obſetricem ab Anna acceſſitam de prægnantia valde dubitaſſe, neque voluiſſe pro certo affirmare illam in utero habere, illam ipſam obſetricem irriterant tanquam ignaram, parumque expertam, ac multis propriis exemplis fimiles gravidationes ſe effer paſſas, nimirum cum aliqui menſtruum apparentia in primis menſibus, tandemque feliciter peperiffe firmabant, ita ut Anna harum perſuaſionibus animata jam non multo ante febris infulſum ſe certo gravidam effer diceret, & ut gravidam ſe tractabat, manens ſemper in multa quiete, immo frequenter decumbens in lecto, non niſi lente, ac caute ſe movendo; immo & cum curru veheretur nonniſi tarde gradiebatur, ex quo tanto certiores de ejus graviditate, & vicini, & noti omnes facti fuerunt. Vnde cum timore quodam percuffa ex alio curru concitatis equis ſibi obviam facto domum revera à febre effer correpta, ab omnibus, & ſingulis non aliunde id illi eveniſſe firmatum eſt, niſi ex eo quod utero gereret; quamobrem timebant illi omnes, ne ab eo timore maxime ſuperveniante febre, quod ſtatim à principio fuerat acuta, omnino abortiret. Ex quibus videbatur dicendum, Annam utero geſtaſſe, & cum ob prægnantiæ culpam perierit, locum effer factum exceptioni, neque poſſe Vincentium pecunias ſuper ejus vitæ periculo in focietatem acceptas lucrari.

Pro parte tamen Vincentii opponebatur, Primo, non conſtare de Annæ graviditate, quia circumſcripta difficultate, immo inquam impoſſibilitate certitudinis cognitionis prægnantiæ maxime in primis menſibus, de qua infra producebatur fides Obſetricis afferentis, ſe nunquam pro veritate affirmare potuiſſe, Annam in utero habere, non obſtante Medici aſſertione, & muliercularum atteſtatione de graviditate, & reddebat ſui dicti rationem, dicens, figna graviditatis, quæ apparebant in D. Anna fuiſſe nimis levia, nec connumerari inter potiora; contra vero ad fuiſſe multa quæ oſtendebant illam nequaquam effer gravidam, ut erat præcipue ipſius uteri conſtitutio, nam neque os ipſius internum ullo modo clauſum, aut inverſum apparebat, neque ad tactum ulla ipſius corporis alteri reſtantia, aut tumefactio ſe probebat; neque aliquid quod expertiſſimis

tiſſimis Obſetricibus in prægnantia vera adnotatum: nam ea figna, ſuper quæ ſuum dictum fundabant Medicus & vicina mulieres effer omnino leviffima conſitebatur, ac facile ad ſimplicem menſtruum defectum conſequi poſſe. Secundo, conſtabat, neque à Conſtantio in dubium vertebarur, D. Annam, antequam nupti traderetur ſemper paſſam effer aliqualem menſtruum defectum, ex quo etiam hiſtericis affectibus moleſtabatur, unde idcirco à Medico Patri injungebatur, ut eam quam primum viro jungeret, cum ſperarent illam ex conceptione convalſuram. Interim tamen eadem ipſa ſymptomata ante nuptias paſſa eſt, quæ de præſenti experiebatur; & licet his adderentur motus in utero, papillarum mutatio quoad colorem, earumque retractio ad ſuperiora, & alia id genus, tamen dicebatur, hæc nequaquam tunc fuiſſe obſervata, licet vere, & cum effecti adefſent, quia nulla ſuſpicio conceptionis aderat, ob quam obſervari nec effer effer. Inappotentiam autem, & rerum extranearum appetitum fuiſſe quoque à prima menſtruum apparitione D. Annæ familiares, ipſemet Conſtantium non inficiabatur; nam & hæc ipſa à Menſtruum defectu prodire quotidie experimur, & maxime ipſis Virginibus ſub Menſtruum apparitionem, cum non recte & ſecundum Naturam repurgantur. Inde quoque & malus corporis color, & oculorum oſfulcatio, & capitis leviſculi dolores, & vertigines, & vomitus, & alia per multa, quæ in Virginibus, & in omnibus foeminais, quæ menſtruum defectum patiuntur, indies obſervamus: omnes enim fimiles effectus ſanguis præternaturalis reterentis producere effer aptus, quos in vere gravidis producere ſolet, etiam ipſam lactis collectionem in mammillis, ut ab omnibus Medicis docemur, & alias affluenter demonſtratum eſt, lib. 1. Quæſt. Medico-leg. Tit. 3. pag. 1. per totam, & alibi; & licet hæc in D. Anna ceſſaſſe viderentur à purgatione celebrata per aliquot meſes antequam marito jungeretur, tamen facile fuit, ut urgente iterum menſtruum defectu, de novo pulſarent, cum ab eo menſtruum defectu corpus pravis humoribus repletur, ex quibus ea ſymptomata excitabantur.

Tertio, conſtans erat apud utramque partem D. Annam non omnimodam menſtruum carentiam habuiſſe, ſed per vices nonnihil ſanguinis expurgaſſe, ut alias antequam viro copulareretur, illi evenire conſueverat. At vero conſentaneum erat, ſi realiter erat grvida, cum parce admodum extra prægnantiam purgaretur, menſtra in prægnantia omnino ceſſare, quia etiam ſi in aliquibus mulieribus primis conceptionis menſibus menſtra aliquatenus apparere ſoleant, id fit in illis, quæ & bene purgantur, & ſanguine multo ſunt reſertæ, at in his quæ parce purgantur, neque multo ſanguine abundant, ut in D. Anna eveniebat, non verifimile eſt, uterum è femine concepto potuiſſe aliquam ſanguinis partem expurgare, cum eo indigeret pro ipſius conceptus nutritione, ſed hoc gratis, tanquam non multum afficiens Vincentius Conſtantio condonabat: magis urgebat, quod D. Anna non aliter tunc purgaretur, quam alias, cum adhuc virgo effer, purgari ſolebat; nempe per vices quaſdam inordinatas, atque admodum parce, ut eadem D. Anna iis mulieribus conſitebatur, quæ in principio præſumptæ graviditatis, illam in utero habere volebant, non obſtante quod purgationes menſtras haberet.

Quibus omnibus optime perpenſis in eam ſententiam veni, D. Annam utero non geſtaſſe, nec vere unquam prægnantem fuiſſe, & caſu quo vere fuiſſet prægnans, non effer tamen per ejus mortem factum locum exceptioni, ſed lucro pecuniarum, quæ ſuper ejus vitæ periculo Vincentius à Conſtantio acceperat. Nam ſuper Medici fide deponentis de certitudine graviditatis D. Annæ nullum omnino fundamentum fieri poſſe, cum conſter illum leviffimis quibusdam ſignis motum, ac conſiſum aſſeruiſſe D. Annam pro certo utero gerere, potiora, & tutiora non advertentem; contra autem plurimum tribuendum expertiſſimæ Obſetricis deſiſitioni, cum multo magis conſona rationi ſint, quæ illa deponit negando D. Annam fuiſſe gravidam, quam quæ deponit Medicus aſſerendo fuiſſe gravidam; nam pluris faciendum effer dictum, qui magis rationabilis loquitur.

Nec quicquam me movet, quod in paritate iudiciorum ſit magis tribuendum Medico, quam Obſetrici, quia, præterquam quod hoc ſorte in his, quæ ad Obſetricem magis ſpectant, non habet locum, ex facto patet, Medicum fuiſſe craſſe Minervæ hominem, talemque ſe oſtendiſſe ſua met fide, ac deſiſitione, contra vero Obſetricem fuiſſe expertiſſimam, & deponere de his, quæ ad propriam peritiam magis pertinent, reddendo ſua aſſertionis rationem; quin immo, Medicum inſigniter erraſſe dixerim in ipſa D. Annæ curatione, nam neque ſanguinem illi detraxit, cujus habebat ſummam, & extremam neceſſitatem; neque alia potiora remedia ulla adhibuit, quæ tamen facere debebat etiam ſi D. Annam gravidam exiſtimaret, non enim licet negligere prægnantem, ut fetus ſalvetur, ac ſatis ſuperque eſt, ſi nihil ad abortum excitandum directe adhibeamus, ut alias probavi lib. 6. Quæſt. Medico-leg. Tit. 1. q. 7. num. 16. Ex qua Medici ignorantia, ac ſupino errore colligendum eſt, illum in Arte minimum valuiſſe, & ſic nullam ei fidem effer adhibendam, ſed magis Obſetrici deſerendum de iis, quæ ad propriam peritiam pertinent, deponenti.

Quod porro de Motu percepto ab Anna in ventre (qui habetur pro valido, ac certo conceptionis ſigno) ab eodem Med. aſſertur, nihil me movere potuit, cum Conſtans opinio apud omnes doctos Medicos ſit, talem motum ab aliis cauſis, quam à fetu excitari poſſe, ut luculenter probatum eſt lib. 1. Quæſt. Medico-leg. Tit. 3. Quæſt. 1. num. 36. & ſeqq. & licet concedere paratus ſim, quod hic motus ſit ex certioribus ſignis conceptionis, tamen debet, ſi quicquam ei fidendum eſt, cum aliis potioribus ſignis aſſociari, alias nihili faciendum; At in hoc caſu tantum aberat, ut alia potiora figna obſervarentur, ut potius alia adnotarentur contrarium atteſtancia, ut jam ex ſuperioribus patet. Præterquam quod motus obſervatus in D. Anna non erat talis, quod quicquam ei fidendum effer; ſed quia is Medicus erat ex his, qui ad pauca reſpiciunt, non mirum eſt, ſi facile pronuntiaverit, nam non tam facile pronuntiaverit, ſi obſervafſet differentiam motus à fetu excitati, & ejus, qui excitatur ab aliis cauſis: motus enim Embryonis eſt aliquoties ordinatus, blandus, ac lenis in principio, mox etiam validior, non dolorem, non fluctuationem, non ſonum pariens, at motus, quem percipiebat in ventre D. Anna erat inordinatus, modo in una, modo in alia parte, neque erat omnino doloris experts,

ut ipsam fatebatur: quinimo ex eo, quod plurimis obftructionibus afficeretur, cum eodem motu fluctuationes quasdam percipiebat, sed maxime fugillanda venit hujus Medici audacia, & ignorantia, quia D. Anna ante exactum tertium gravitationis mensem febre maligna obiit, at motus infantis in utero non tam cito percipi ut plurimum solet, sed in tertio, aut quarto mense, ut docet Hippocr. in lib. de Nat. Puer. num. 2. & lib. 1. de morb. mul. num. 97. & alibi, & cum eo ceteri omnes; ergo motus hic non potuit à Medico tam facile percipi, ut ex eo pro certo deprehenderet, D. Annam esse gravidam.

Nihil prætere facit, quod D. Anna ab omnibus haberetur pro grava, nam si in hoc decipiebatur ipsamet mulier, & ipse Medicus, ex quorum dicto ceteri in eam opinionem venerant, multo facilius poterant decipi alii; quemadmodum nihil relevat, quod prædicta D. Anna se ut gravidam tractaret, putabat enim se vere gravidam esse, licet non esset, & idcirco tanquam grava omnia faciebat, quæ ad prægnantiæ custodiam requirebantur; neque erat ab re illam pro certo habere, se utero gerere, cum ejus persuasionis multos auctores haberet, maxime mulieres domesticas & vicinas in utero gerendo expertas, & ipsum potissimum Medicum, qui ut erat, veluti dictum est, homo ad paucam respiciens, non modo non ambigue, sed asseveranter omnino, & omni cum certitudine jactabat, D. Annam utero gerere; & hoc tribuebat medicamentis ab ipso eidem D. Annæ exhibitis ante quam nuptui traderetur, cum tamen jam promissa esset marito Alexandri Martii nomine; sed quia existimabatur, ut vere erat, valetudinaria, & Alexandri propinqui dubitabant, an apta futura esset conjugio, & proli ferendæ, curarunt, ut antequam Marito jungeretur per Medicum prædictum curaretur; à quo tamen simpliciter purgata est, & per aliquot dies Rhabarbarum ei exhibitum, Medicus ergo, qui erat Miles quidam gloriosus & jactabundus, plurimum se ob hoc facinus extollebat, quod nimirum ob diligentem curam D. Annæ adhibitam, illico atque Marito copulata fuerat, utero conceperat.

Verumenimvero concessio etiam, quod D. Anna vere grava esset, adhuc nihil probaret Medici assertio, cum loquatur assertive, & de certa scientia de iis, quæ non nisi probabiliter, neque per infallibilia signa, sed tantum per conjecturalia assequi poterat, ut Audaces & ignari facere consueverunt. Quod enim nihil certi observari possit, nec firmari de graviditate, latissime probavi loco supra cit. lib. 1. Quæst. Medico-leg. Tit. 3. q. 1. eam conclusionem adstruens, Prægnantiam nunquam, hoc est, in nullo tempore graviditatis cognosci infallibiliter posse. Et licet Daniel Sennertus lib. 4. sue præti- cae par. 2. sect. 5. cap. 1. hanc nostram conclusionem non accipit, executione dignus videtur, nam forte quid mihi volerim, Vir ille doctissimus, ac multa laude dignus non est affectus, vel forte ego ipse, quid sibi vellet mea conclusio explanare ignoravi: non enim hoc volui, ut in omnibus generatim impossibile sit infallibiliter prægnantiam cognosci, sed tantum in nonnullis, nam indices videmus, quod etiam loco cit. dixi, neque ipse Sennertus diffitebatur, in nonnullis feminis aliquando Medicos etiam doctissimos, ac longævos, & expertissimas Obstetrices, ipsasque fecundissimas mulieres adeo de-

ceptas fuisse, & gravidas non esse gravidas, & non gravidas gravidas esse, judicaverint, nec ulla ingenio, nec signo quantumvis minus incerto, nec ulla experientia certiorari de veritate potuisse. Mille præsto sunt exempla exploratissima. Hoc tamen unum sufficit. Excellentissima mulier jam multiplici prole fecunda, annis præteritis credebatur, seu suspicabatur potius, se in utero habere, nam & non multo ante utero gesserat, & masculum pepererat. Advocati quinque primores Urbis Medici, totidemque Obstetrices; quin ex Sicilia obstetricem, cui multum illa tribuebat, huc advocandam curavit, quæ cum ipsis Medicis, aliisque Obstetricibus eam in utero habere firmarunt; in qua sententia etiam usque ad decimum mensem perseverarunt, quo transacto illa aquas tantum multas ab utero emisit, & omnium opiniones, ac suam ipsius sefellit. Contra vero nobilissima altera mulier à tribus doctissimis Medicis tractata, cum dubitaret se utero gerere (licet jam à quinque annis concipere destitisset) in dolorem coxendicum incidit acerbissimum. Advocata seniores duæ Obstetrices, quæ retulerunt nullam posse haberi suspensionem graviditatis. Medici omnibus diligenti examine perpenfis, in eandem opinionem venerunt, quod nullo modo esset grava, maxime cum singulis mensibus purgationes, licet multo consueto parciores irent. Itaque & iteratas purgationes, & sanguinis iteratas evacuationes, etiam ex hæmorrhæa lateris dolentis, & aperientia efficaciora, & decocta etiam exiccantia ac sudorifica præscripserunt. At illa debito tempore masculum peperit validum, ac fortem, & statura, quam alii puelli nuper nati, procerioris, corporisque habitioris, qui adhuc in viris degit nativa fortitudine insignis. Hoc ergo significare per eam conclusionem volui, quod ubi signa maxime conspicua non sunt, & prægnantia non ultra quartum mensem sit progressa, certo, & infallibiliter de ea pronuntiarum non potest, quinimo in aliquibus ad partum usque infallibilis prægnantiæ cognitio haberi non potest. Vir tamen clarissimus Daniel Sennertus secundum plurimum loquitur, cui libentissime subscribo. Id nobis satis superque sit, Medicum non potuisse in D. Anna conceptionem infallibiliter comprehendere, & nimis audacter ipsum pro certo enuntiasse, illam in utero habere.

Cæterum etiam si D. Anna in utero habuisset, tamen locus lucro pecuniarum factus esset per ejus mortem, non exceptioni quod erat secunda pars nostræ propositionis; quippe cum non ex causa prægnantiæ, seu partus obierit, sed ex maligna febre: non ex causa, inquam, immediate dependente à partu seu prægnantia, ut requirebatur ad hoc, ut fieret locus exceptioni ex causa partus & prægnantiæ: non enim sufficit, ut prægnantia, aut partus sint causa mediata, & impulsiva; ut millies dictum est per Doctores à me adductos lib. 1. Quæst. Medico-leg. Tit. 4. q. 2. per totam, & alibi; nam bene in hoc casu, immo & in aliis omnibus prægnantia & partus vim causæ habent superveniens morbi, & mortis, sed quando sunt causæ tantum mediatae, & impulsivæ, non faciunt exceptioni locum, verum tunc solum, quando sunt causæ immediate. At in casu nostro prægnantia non fuit causa immediata morbi, non enim causabat per se malignam febrem, quæ à pravorum humorum apparatu, & mala corporis dispositione dependebat, ob quam etiam extra prægnantiæ D. Anna nec bene

se ha-

se habebat, & poterat facile eadem febre corripere, si aliqua procothartica, & externa causa irreplisset, ut subitaneus, ac magnus timor, quod etiam si prægnantia foret pravam corporis dispositionem, & ipsum supervenientem morbum, erat tantum causa per accidens, & impulsiva, quæ non attenditur.

Et quod à Constantio nunc opponitur, & à nonnullis Doctoribus contrarium sentientibus oppositum est, nempe prægnantiam impedire, ne remedia validiora adhiberi possint, nihil demit de difficultate, cum ne sic quidem intret in censu causæ immediate, & per se agentis, & finalis (confundunt enim hæc Iureconsulti in hoc casu) sed tantum habeat vim causæ foventis, & facilitantis, ut ita dicam, effectum, nempe mortem, in causa enim est, ut facilius succedat, quam alias extra prægnantiam succederet; quamquam in hoc casu multa à Medico præstari poterant quæ ob ignorantiam, & Animi ignaviam ab ipso prætermissa sunt, non sine summo damno ipsius Egrotantis, immo cum ejus

morte. Quid enim obstabat prægnantia, quod minus sanguis mitti debuisset? at inquires, periculum erat, ne abortiret, cum valde debilis esset, & valetudinariam vitam degeret. At forte, inquam, si abortivisset, non obiisset, ex abortu enim multum putridi sanguinis, ac malignorum humorum expurgasset, ex quo poterat à febre liberari, & licet hoc non posset Medicus directe operari, tamen cum morbus ille magnus esset, & requireret sanguinis missionem, debebat omnino Medicus illam imperare prospiciens ipsi fœtui per roborantia medicamenta, tam interna, quam externa, quod si cum his Anna abortivisset, Medicus extra omnem culpam fuisset, præter ejus enim intentionem abortivisset, at his prætermisissis, necesse fuit Annam omnino succumbere. Itaque in proposito questione per veritatem pronuntiandum est, D. Annam non fuisse gravidam, & in omnem casum, quo grava fuisset, illam immediatè ex febris culpa, non culpa prægnantiæ periisse, & per ejus mortem factum esse locum lucro pecuniarum, non exceptioni.

CONSILIVM XXVII.

ARGUMENTVM.

Sæviorat Pests de an. 1631, & 1632, per Italiam, ac maxime Florentiæ, sed jam nondum prædicto anno completo cessaverat. sub finem Autumni anni sequentis 1634, Antonius Cushmanus juvenis triginta agens, annos Roma Florentiam se contulerat, inibi que perierat, existimatumque ex quibusdam signis etiam in progressa Peste observatis illum ex Peste periisse. Acceperat Arrigucius Simonellus ab Antonii Patru scuta mille in societatem jam à tribus annis citra super periculo vitæ ejusdem Antonii. Præterea igitur Antonius Antonii patruus prænominatus factum esse locum exceptioni, pecuniasque ab Arrigucio acceptas in societatem per mortem Antonii ejus nepotis non esse amissas, cum obiisset ex Peste. Contra vero Arrigucius contendebat pecunias esse lucratas, quia Antonius ex alio morbo, & non ex Peste perierat.

SUMMARIUM.

- 1 Pests per Hyemem solet remitti, per æstatem autem & Autumnum de novo sevir.
- 2 Pests signa, & num. seq.
- 3 Pests signa in cadaveribus ex ea extinctis observata.
- 4 Multum interest inter pestem, & morbum pestilentem, & num. 18.
- 5 In instrumentorum officii excipitur mors ex peste non ex morbo pestilentem.
- 6 Mors ex peste cur excipitur in instrumentorum officii.
- 7 Mors ex partu, & prægnantia cur in eodem instrumentorum officii.
- 8 Que differentia sit inter Pestem, & morbum pestilentem.
- 9 Pestilentis febris datur sine Peste.
- 10 Morbus pestilentis cur non excipit debeat in instrumentorum officii, ut excipitur Pests.
- 11 Pests excipitur ob dependentiam à causa universali.
- 12 At in Peste habet semper se in causa prima agens.
- 13 Vi Pests suis privilegiis gaudeat ad effectum faciendi mortis exceptionem in instrumentorum officii appositam, debet esse contagiosa.
- 14 Contagium in peste si adsit, multum facit ad periculum certitudinem.

16 Pests particularis non differt ab universali circa quedam.

17 Humores ad extremam corruptionem devenientes excitant eadem symptomata, quæ excitare solet pestis.

Dicebatur autem pro parte Antonii, non posse dubitari quod Antonius nepos ex Peste obiisset, quia & Pests semina adhuc vigeant, & in morbo plura signa Pests apparuerant. Quod vero Pests semina adhuc vigerent, patere dicebant ex hoc, quia antea ætate plures ex simili morbo perierant, neque verisimile est Pestem per Autumnum remisisse; constat enim experientia, quod quamquam Pests per Hyemem remittit, tamen per Æstatem, & Autumnum solet de novo, ac maxime sevirere. Itaque cum palam sit, Antonium alioque cum symptomatibus Pests occubuisse, non potest affirmari Pestem cessasse, sed potius ejus semina adhuc perseverare, & Antonium vere ex Peste, & non ex alio morbo fuisse vita functum: nam, ut dicebatur, adnotatæ fuerunt in Antonio exanthemata, seu Peticulæ per universum corpus lividæ, ac nigrae, apparuerunt animi defectus, & lipothimix quotiescunque loco moveretur, quin etiam partium extremarum perpetua frigiditas adfuit, earumdemque lividitas, sudores tenues, ac frigidi circa frontem, & alia id genus, quæ non nisi pestilentis morbi signa ab omnibus existimantur.

Acce-